

betur fides. *c. 13. h. t. l. 14. C. eod. ibi: Scripturae diversae fidem sibi invicem derogantes ab una, eademque persona prolata nihil firmitatis habere poterunt. l. 111. tit. 18. p. 3.* Si vero à reo sit productum instrumentum contrarium instrumento actoris, nullum rejicitur: sed reus, nisi causa actoris sit favorabilis, absolvitur ab instantia Judicis, tamquam actore non probante. *c. 3. de Probation. quia in dubio favorabiliores sunt partes rei. c. 11. de Reg. jur. in 6.* Si aliquid ex instrumentis sit dignius, vel verisimilius, illi statuitur. *L. 14. C. de Contrah. vel committ. stipulat. Greg. Lop. in l. 111. tit. 18. p. 3. V. Ninguna dellas.* 3. Impugnatur instrumentum ratione sigilli, si hoc fit enormiter fractum, seu sculptura, & imago ita delet, ut non possit cognosci cujus sit, neque litterae legi, vel si figura non conveniat sigillanti; v. g. Si cum Episcopum deberet representare, Regem representet; vel si per testes possit probari, esse furtivum, vel adulterinum. *c. 5. de Probation. ubi per testes fuit probatum, quod cuidam instrumento alienationis fuit appositum sigillum Monasterij cum sine consensu Conventus fuisset illa alienatio facta: ac proinde tam instrumentum, quam sigillum erat suppositum. Etiam impugnatur sigillum, si per novam ceteram sit agglutinatum Chartae vetustae. c. 6. b. t. Si sigillum est ignotum non creditur instrumento in praedictum tertij. c. 7. b. t. creditur tamen si in nullius praedictum cedat. Sic credimus, peregrinum esse Clericum per suas litteras formatas, quamvis sigillum non agnoscamus: In nostra Hispania, si instrumentum, etiam à Tabellione confectum, careat signo sui officij, non valet: nam vis habendi fidem publicam consistit in signo, tamquam in charactere Regio. *Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. m. 31.* idem est, si Charta, in qua est scriptum instrumentum, non sit sigillata sigillo Regio, vel etiam si sigillata sit, non tamen est sigillata sigillo correspondente illi anno, & naturae instrumenti juxta formam praescriptam pro Regnis Hispaniae in *L. 45. junta L. 44. tit. 25. lib. 4. R. C.* & pro Indijs in *L. 18. tit. 23. lib. 8. R. Ind.* Sed non ex eo quod instrumentum sit nullum, statim pronuntiandum est nullum, quod in eo continetur: v. g. contractus, vel obligatio: sed solum ex nullitate instrumenti sequitur, quod ipsum instrumentum non habeat vim probandi, quod in eo continetur, sed non tollit, quod ille contractus, obligatio, vel factum in instrumento contentum probari possit aliunde per testes,*

vel per confessionem partis, vel alio modo. *L. 1. tit. 25. lib. 4. R. C.* ibi: *Quae tales scripturas non habent, nisi probentur, autem bene permittimus, quod si putentur probari per otro genero de probanza. Acevedo in L. 13. tit. 25. lib. 4. R. C. Hevia in Cur. Philip. §. 17. n. 33.*

4. Impugnatur instrumentum: quia suspectum falsitatis redditur ex Cancellatione, rasura, littura, vel scriptura superlineari, vel ex correctione, si inventatur in loco substantiali, & suspecto: talis est ille, ex quo rei veritas maxime dependet, ut si correctio, rasura, vel mutatio inventiatur in nominibus eorum, qui scripturam, contractum, obligationem, vel negotium fecerunt, vel in tempore dilationis, vel in quantitate debiti, vel obligationis, vel in die, mense, vel anno, quo fit obligatio, vel in loco ad solutionem destinato, vel in nominibus Judicis, Tabellionis, vel testium, vel in alijs hujusmodi. *c. 6. b. t. c. 7. de Religio. domib. l. 111. tit. 18. p. 3.* Aliud est si rasura, correctio, vel mutatio facta sit ab ipso Tabellione: quippe tunc non redditur instrumentum falsitatis suspectum: debet tamen ipse Tabellio in fine instrumenti ante subscriptionem de omnibus correctionibus, mutatis, vel deletis sigillatim attestari, ita ut ad litteram referat omnia, & singula verba cancellata, mutata, correctata, vel deleta, *Hispan: Testado: hoc modo — Pedro — testado — no vale — Manila entre renglones, vale.* Etiam valet instrumentum, in quo aliqua correctio invenitur, si ex antecedentibus, vel ex consequentibus, vel ex alia scriptura authentica constare possit, legendum esse, ut est correctum. Si instrumentum sit apud adversarium, ab eo praesumitur vitium, ac proinde innocent non praedictum in illis rebus, quae legi possunt in instrumento: Et sane instrumentum quod in aliqua parte substantiali est correctum, etiam si respectu illius suspectum sit, non tamen est suspectum respectu aliorum Capitulum, quae ibidem continentur, & non sunt cum correctio connexa: *L. 42. C. de Transactio. n. 34.* Nam ut ibid. notat Gortofr. *utile per inutile non vitatur. c. 27. de Reg. jur. in 6. Greg. Lop. in L. 111. tit. 18. p. 3. V. Ninguna dellas. Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 34.* Si vero in loco non substantiali, si ne quo scilicet subsistit res, quae in instrumento continetur, sit rasura, vel correctio, non vitatur instrumentum. *c. 3. c. 11. b. t.* ubi dicitur, quod Rescriptum Apostolicum non est vitiosum pro eo, quod in hac

dictione: *Spoliarant; hac figura O. de erat. l. 111. tit. 18. p. 3.* Si vero allegetur ab adversario, illud instrumentum non esse factum à Tabellione in eo subscribente, ex eo, quod littera non sit similis alijs ejusdem Tabellionis scriptis: cum ex hoc capite scriptura reddatur suspecta. *L. 111. tit. 18. p. 3.* Si Tabellio vivit, interrogatur, an illa scriptura sit ab illo facta, vel non? Et ejus dicto statuitur, si ve neget, si vifateatur, esse suam: quod si Tabellio sit mortuus, vel valde distans, jurat pars falsitatem allegans, se illam non allegare male esse, & pars, quae instrumentum produxit, jurat, quod non faciet quo scripturae veritas occultetur, & tunc Juxta cum duobus peritis in arte scribendi examinabit, comparabitque litteras utriusque instrumenti, & etiam si tales periti dicant, litteram esse omnino dissimilem alterius instrumenti litterae, adhuc est in Judicis arbitrio recipere, vel repellere scripturam: siquidem hac comparatio est species probationis valde fallax. *L. 118. tit. 18. p. 3.* ac proinde similitudo litterarum aliquando plenam, aliquando semiplenam probationem pro circumstantijs faciet. Et similiter discurrendum est de dissimilitudine contra instrumentum. *Greg. Lop. in L. 118. tit. 18. p. 3. V. Acabada.* Si vero Tabellio fateatur, se fecisse instrumentum, & ipse sit bonae famae, & instrumentum sit conforme protocollo, ipsi creditor, etiam si hoc negent testes instrumentarij. Si vero Tabellio non sit bonae famae, creditur testibus instrumentarijs, si conformiter contra Tabellionem dependant. *L. 115. tit. 18. p. 3. Hevia in Curia Philip. p. 1. §. 17. n. 33.* 5. Impugnatur instrumentum, si contineat inverisimilia, si charta sit antiqua, & scriptura recens, si in eo non servetur communis stylus similitudinem instrumentorum: Si diverso attramento aliqua sint conscripta, si error non levis reperitur in instrumento. Si aliquid sit additum, vel correctum ab alio, quam Tabellione, sine hujus attestatione, si aliqua pars instrumenti sit consumpta in loco suspecto, vel si est subpunctatum, scissum, vel ruptum, nisi producat probet, id casu, vel vi contingisse. Etiam est suspectum, si testium subscriptiones, ita in litterarum forma, & figura sint conformes, ut ab una manu videantur confectae. *L. 111. tit. 18. p. 3.* Etiam redditur suspectum si producat à persona, quae aliquando alia instrumenta falsa produxit. Semel namque malus semper praesumitur malus in eodem genere mali, ut est commune DD. effatum

ex *c. 8. de Reg. jur. in 6.* idem est, si aliqua folia sunt addita, vel de novo confecta etiam à Tabellione, instrumento, vel protocollo, *c. 6. b. t.* In his enim, & in similibus casibus, erit, prudentis Judicis arbitrari, quanta fides his causis debeatur. Quod si in aliqua parte probetur falsum instrumentum, non ex hoc censendum est falsum, quoad capitula inconnexa, sed tantum quoad connexa. *c. 17. 3. g. 9.* nisi falsitas circa locum veretur, quia dicatur esse factum Mexici, cum verè factum sit Manilae: Tunc enim totum falsum censetur, cum hac falsitas totam fidem instrumenti adimere videatur. Si Tabellio ob falsitatem in suo officio commissam fuit condemnatus, licet sustineantur instrumenta ante condemnationem facta. *Arg. L. 3. ff. de Officio. Pratorum* post condemnationem tamen facta, sunt ipso jure nulla. *Arg. c. 4. de Heretic. ubi* dicitur, quod damnato Authore damnantur ejus scripturae, Libri, & opera. Et etiam comprobatur ex *c. 8. de Reg. jur. in 6.*

De instrumentis, & qualiter fiant in singulis contractibus, & alijs actibus, & negotijs late agitur in *Tit. 18. p. 3.* Et de Tabellionibus agitur in *Tit. 19. p. 3. Et in tit. 25. lib. 4. R. C.* Et ibid. *Greg. Lopez, Acevedo, & alij Doctores in b. n. tit.*

TIT. XXIII.

De Praesumptionibus.

193. **P**raesumptio sic dicitur à praesumptio, quali ante sumptio, quia aliquid sumitur pro vero, antequam legitime probetur. Hae quidem est alia probationis species praeter dictas. *L. 8. tit. 14. p. 3. ibi: E aun ap otra natura de probar, à que llaman presumption, que quiere tanto decir, como gran sospecha, que vale tanto en algunas cosas, como averiguiamiento de prueba.* Et licet potest describi: Praesumptio est ex aliquo antecedenti ad aliquid sibi connexum verisimilis deductio, sine illatio. *Greg. Lop. in L. 8. tit. 14. p. 3. vel est probabilis conjectura ex certo signo proveniens, quae alio non adducto pro veritate habetur; vel est cognitio ex circumstantijs resultans: quae omnes definitiones in idem recidunt. Et hinc obiter notabis, quod praesumptio, de qua in praesenti longè distat à praesumptione, quae etiam praesidentia dicitur, & est nimia suarum virium confidentia, qua fit, ut quis aggrediatur, vel paratus sit aggredi aliquid, quod est*

supra ipsius vires. Hæc enim dicit, & supponit vitium, & defectum in intellectu, & voluntate: Siquidem est contra Legem, quam omnes lux naturalis docet. Nec enim Rex molitur bellum contra alium Regem, si ei desint vires, ut ei resistat. Nec quis turrim ædificare incipit, si sumptibus ad perficiendum careat, ne ab hominibus irideatur: & dicant, quia hic homo coepit ædificare, & non potuit consummare, ut exemplis Christi utamur. Et Lucanus id ipsum hortatur. Metiri sua regna decet, viresque fateri. Ex Horatio admonet: Nec desiles imitator in arctum, unde pedem referre pudor vetet, aut operis Lex. Et hinc deducitur, præsumptionem in hoc sensu esse peccatum. D. Thom. 2. 2. q. 130. art. 1. in Cor. Et art. 2. ait: Sed contra est, quod Philo. dicit in 2. & 4. Et hic quod magnanimitas opponitur per excessum Chamaei, id est, furiosus, vel ventosus, quem nos dicimus presumptuosum quod optinè explicat 2. 2. q. 21. art. 1. in Cor. ibi: Respondendo dicendum, quod præsumptio videtur importare quandam immoderantiam spei. Spei autem obiectum est bonum arduum, possibile. Possibile autem est aliquid homini dupliciter: Uno modo per propriam virtutem alio modo, non nisi per virtutem Divinam. Circa utramque autem speciem per immoderantiam potest esse præsumptio. Nam circa speciem per quam aliquis de propria virtute confidit attenditur præsumptio ex hoc, quod aliquis tendit in aliquod bonum, ut sibi possibile, quod suam facultatem excedat, secundum quod dicitur Iudith. 6. præsumentes de se humillas. Et talis præsumptio opponitur virtuti magnanimitatis, qua medium tenet in huiusmodi spe. Circa speciem autem, qua aliquis inheret Divina potentia potest per immoderantiam esse præsumptio in hoc, quod aliquis tendit in aliquod bonum, ut possibile per virtutem, & misericordiam Divinam quod possibile non est. Sicut cum aliquis sperat, se ventum obtinere sine penitentia, vel gloriam sine meritis: Hæc autem præsumptio est propriè species peccati in Spiritum Sanctum: quia scilicet per huiusmodi præsumptionem tollitur, vel contemnitur adiutorium Spiritus Sancti, per quod homo revocatur à peccato. Hæc sufficiant pro vocum æquivocatione tollenda, & pro explicanda verborum proprietate. Jam ergo à diverticulo non injucundo, in viam rursus navim dirigamus.

194 Præsumptio etenim de qua loquimur, non in confidentia, sed in conjectura fundatur. Sed ne in errorem facile incidamus, oportet discernere varios actus, quibus gradatim ascendimus: primus enim

consistit in dubitando: Et tunc solum animus hæret in medio suspensus in neutram partem inclinando. 2. Consistit in suspicando: & tunc in alteram partem animus inclinat, sed non absolute assentitur. 3. Consistit in opinando, & tunc animus alteri parti assentitur, & habet iudicium determinatum, infirmum tamen, & vacillans habens conjunctam formidinem de opposito. 4. In iudicando firmiter, & sine timore: cum scilicet ita intellectus assentitur, ut non formidet de opposito. 5. In ferenda sententia, quæ est interni iudicii exterior patefactio. Hinc præsumptio ad opinionem, & iudicium pro qualitate firmitatis reducitur: Hæc etenim dicit iudicium, vel opinionem rei dubiæ, quæ licet hic, & nunc credatur esse, verè tamen potest esse, & non esse. L. 8. tit. 14. p. 3. Et in hoc præcipuè differt præsumptio à fictione juris: Nam fictio juris est de re certò non existente, quæ tamen supponitur tamquam existens ad aliquos juris effectus: Sic pater, & filius, testator, & hæres fictione juris pro eadem persona habentur, cum verè diversæ sint. Sic Religiosus fingitur mortuus, cum verè vivat, & contra juris fictionem nunquam admittitur probatio. Præsumptio etiam distinguitur ab opinione: Nam opinio, prout communiter accipitur, fundatur in ratione, vel autoritate Doctorum, præsumptio tamen ex indicij origine ducit: Indicium ergo est notabile signum alicujus rei, de qua dubitatur, ad cognoscendam veritatem inserviens. Et hoc est duplex, aliud remotum, quod scilicet, minus idoneum est ad rem ostendendam, quia frequenter fallere potest. Aliud proximum, quod scilicet magis verisimile est, & aptum ad rem, de qua inquiritur demonstrandam. Et quidem pro indiciorum vi crescit, vel decrevit vis præsumptionis: ac propterea quadrupliciter possunt indicia distinguere. 1. sunt levia, quæ vix suspicionem gerunt. 2. gravia, quæ reddunt factum valde credibile. 3. graviora, quæ reddunt factum ferè, seu quasi moraliter certum: quæ etiam vehementia vocantur, & ita probant, ut non planè convincant, valde tamen ad plenam probationem accedant, quasi luna cum ultra sui dimidium ad lucem integram aspirat: vel quando ita ad probationem plenam accedunt, ut sola confessio rei deesse videatur. Ut ait L. 1. §. 1. ff. de Questionib. 4. gravissima, seu maxima, sive vehementissima, quæ undequaque convincunt, & plenam faciunt probationem.

195 Præsumptio est duplex alia est juris alia est hominis. Præsumptio juris est, quam ipsa Lex elicit in aliquo casu aliquibus suppositis circumstantiis. Quæ rursus aliquando est præsumptio juris tantum, quando scilicet, jus aliquid præsumit, & habet pro vero, donec vel probatione, vel fortiori præsumptione elidatur: sed nihil Lex statuit pro sententia, vel pena. Et hæc profectò cum, pro quo stat, liberat ab onere probationis. Arg. c. 2. c. 4. de Probat. l. 10. tit. 14. p. 3. & secundum eam saltem in civilibus profertur sententia. c. 2. de Restitut. spolior. in 6. debet tamen allegari à parte: Hujus exempla aliqua sunt in hoc Titulo, & plura in alijs: accipe aliqua. 1. præsumptio juris est, quod usum rationis habeat, qui septimum annum implevit. c. 10. de Desponsat. impuber. in 6. 2. præsumitur in iure, quod potentiam generandi habeat masculus, qui 14. annum, femina, quæ 12. implevit. c. 6. c. 10. de Desponsat. impub. 3. baptizatus præsumitur, qui inter Christianos natus, & educatus est. c. fin. de Presbyt. non baptizat. 4. ex chirographo cancellato præsumitur, debitorem solvisse. L. 24. ff. de Probation. & alia huiusmodi: aliquando tamen est præsumptio juris, & de jure, quando scilicet Lex aliquid ita præsumit, ut ex ipsa præsumptione jus aliquid firmum statuatur, vel talem sententiam, vel talem penam decernat. Ac proinde regulariter probationem in contrarium excludit. L. 23. C. ad S. C. Vellejan. c. 4. Qui matrimon. accus. ideoque à DD. dicitur necessaria, & violentissima. Nec est necesse quod allegetur à parte. Sic jus præsumit consensum liberum mulieris, quæ coacta viro nupierat, si per annum cum dimidio ipsi cohabitavit. c. 21. de Sponsalib. sic præsumit, sponsum in matrimonium absolute consentisse, si desponsatam sub conditione, cognovit. c. 6. de Condit. apposit. Sic præsumit matrimonium de præfenti, si sponsus cognovit sponfam. c. 30. de Sponsal. Hodie tamen hæc præsumptio cessat per Trid. sess. 24. de Ref. matr. cap. 1. Sic præsumitur relapsus, qui post abjuracionem hæresis, de qua fuerat convictus, vel postea convincitur, hæreticos acceptat, associat, vilitat, &c. c. 8. §. ille, de Hæret. in 6. Sic etiam jus præsumit, mulierem accepisse pecuniam, ut pro alio intercederet, si ita scriptum sit in instrumento publico: ac proinde privatur beneficio S. C. Vellejani. L. 23. C. ad S. C. Vellejan. alia itidem exempla passim in iure reperies.

196 Cum ergo præsumptio juris, &

de jure habeatur pro veritate, ille, contra quem stat, habetur ut convictus, & contentus, ac proinde nec appellare potest. Arg. L. 2. C. Quorum appellatio. nec admittitur juramentum ejus, contra quem stat: siquidem quando causa est certa, sicut est, ubi datur præsumptio juris, & de jure, non deferretur à Iudice juramentum. Et regulariter hæc præsumptione stante non est locus probationi in contrarium. L. 23. C. ad S. C. Vellejan. c. 4. Qui matrimon. accusar. c. 30. de Sponsal. contra eam tamen admittitur. 1. Confessio judicialis facta ab eo pro quo stat præsumptio, & etiam extrajudicialis, quando plene probat, secus aliter. Sic pro re iudicata stat præsumptio juris, & de jure, & tamen si ille, pro quo est sententia, seu res iudicata, rem aliter esse, ac in sententia continetur, fateatur, eliditur præsumptio per talem confessionem: nam hæc etiam veritatis testimonium, & præsumptio non est ipsa veritas, licet pro veritate habeatur. 2. Eliditur præsumptio per evidentiam facti contrarij: Nam præsumptio est velut umbra veritatis, evidèntia, vel lux, & sicut ad conspectum lucis evanescit umbra: Sic adveniente evidèntia, cessat præsumptio. Evidèntia enim est omnium probationum perfectissima, ideo ad eam in congressu Græcorum recurtebat Ajax: Denique, quid verbis opus est? Spectentur agendo. Arma viri fortis medios mittantur in hostes: Inde habete, peti, & referentem ornatè relatis. 3. Admittitur contra talem præsumptionem probatio per testes. Et quidem si directè contra eam probandum est, plures, quando duo, vel tres requiruntur. 4. Probatio per instrumentum publicum. Hoc namque facit liquidum, & evidenter rem. 5. Probatio indirecta, quando scilicet, quis intendit probare non dari talem præsumptionem, nec qualitates ad illam requisitas. 6. Si semel contra ipsam aliqua probatio admittatur, parte non opponente, quia cum videatur juri suo renuntiare, cessat præsumptio. De quibus late Menoch. & Mascard.

197 Præsumptio hominis est conjectura ab homine formata ex varijs indicijs, & facti circumstantijs, nullo tamen jure expressa. Si ex levibus indicijs assumatur, dicitur levis, seu potius temeraria suspicio. Sic Pharisei temerè dicebant de Christo Domino: hic si esset Propheta sciret utique qualis esset mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est: Similiter remerarium est, ex deformitate corporis animæ deformitatem inferre, ex illo Tiraquel. & aliorum

tum principio: *Species corporis simulacrum est mentis figuræque probitatis*. Et sic de alijs levibus indicijis discurrendum est. *Lacroix lib. 3. p. 2. ex n. 1181.* hujusmodi equidem suspicio nihil probat. *C. 9. 6. q. 1. ibi: Omnis suspicio potius repellenda est, quam approbanda, vel recipienda. C. de Purg. vulgar. c. 44. de Sentent. excom. l. 8. tit. 14. p. 3. ibi: Pero en todo pleyto non debe ser cabido solamente prueba de señales, è de sospecha: por que las sospechas muchas vezes non aciertan con la verdad. D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. in Corp. ibi: Est autem triplex gradus suspicionis, primus quidem gradus est, ut homo ex levibus indicijis de bonitate alieius dubitare incipiat, & hoc est veniale, & leve peccatum. Secundus gradus est, cum aliquis pro certo malitiam alieius asumat ex levibus indicijis, & hoc si sit de aliquo gravi est peccatum mortale, in quantum non est sine contemptu proximi, ubi Gloss. sup. illud. 1. ad Cor. 4. Nolite ante tempus judicare, subdit: Est ergo suspiciones vitare non possumus, quia homines sumus: iudicia tamen, id est, definitivas, firmasque sententias continere debemus. Tertius gradus est, cum aliquis iudex ex suspicione procedit ad aliquem condemnandum, & hoc directè ad injustitiam pertinet: unde est peccatum mortale. Quod si præsumpcio oriatur ex indicijis verisimilibus frequenter cum eo, quod præsumpitur conjunctis, dicitur probabilis, & discreta: v. g. Si quis iudicet non esse pudicam illam, quæ sæpe sola cum juvenibus, præsertim in loco obscuro conversatur. Et hæc quidem præsumpcio semiplene probat: ac proinde illi, contra quem stat indicitur in Foro Canonico purgatio. *c. 4. de Purgat. Canon. ibi: Si ex verisimilibus suspicionibus fuerit propulatus, Canonice se purget.* In Seculari proceditur ad torturam. *L. 18. §. 1. ff. de Questionib.* Et si tali præsumpcionem iuramentum accedat plena completur probatio. *c. 13. b. t.* Idem est si fama publica, vel unus testis accedat. *Gonz. in c. 12. b. t.* Si verò præsumpcio ex gravissimis indicijis oriatur, quæ vehementer cogunt ad moralem credulitatem, dicitur violenta, & vehemens. Talis erit, si quis præsumat adulteram eam, quæ undecimo mense post mortem mariti peperit: vel si solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto jacentem videat, & præsumat eorum commixtionem. Hæc quidem præsumpcio plenè probat, & in civilibus sufficit ad sententiam definitivam, sicut Salomon ex violenta præsumpcione amoris erga infantem, veram ejus matrem*

declaravit. *c. 2. b. t. C. 8. tit. 14. p. 3.* Et habetur casus in lib. 3. Reg. cap. 3. ex n. 16. ubi audita mulierum contentione dixit Salomon: *Afferte mihi gladium: cumque attulissent gladium coram Rege: dividite, inquit, infantem vivum in duas partes, & date dimidiam partem uni, & dimidiam partem alteri: Dixit autem mulier, cuius filius erat vivus ad Regem: (commota sunt quippè viscera ejus super filio suo) Obsecro Domine, date illi infantem vivum, & nolite interficere eum. E contrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur. Respondit Rex, & ait: Date huic infantem vivum, & non occidatur: hæc est enim mater ejus. In causis quidem criminalibus, quæ sunt occultæ, & difficultis probationis, hæc violenta, vehemens, vel vehementissima præsumpcio sive juris, sive hominis non solum sufficit ad poenam arbitriam, & extraordinariam, sed etiam ad ordinariam poenam inflegendam. *c. 12. b. t. c. 11. de Simon. c. 1. de Homicid. in 6. L. 34. C. ad Leg. Jul. de Adulter. alias incestus, adulteria, & alia hujusmodi crimina vix possent puniri poena ordinaria cum gravi Republicæ damno: Nam talia crimina, cum sæpe in abscondito committantur difficillimè probari possent, ac per consequens inutiliter esset certa poena ad illorum punitionem statuta. Ita Abbas, Menoch. Gonzal. in c. 14. b. t. n. 7. & alij contra Anton. Gom. 3. Var. cap. 12. n. 25. & alios, qui dicunt, in tali casu reum esse absolvendum. Nec obstat text. in c. 1. 2. q. 1. ibi: Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut convictum, aut spontè confessum. Nec text. in c. 14. b. t. ibi: Propter solam suspensionem, quamvis vehementem, nolumus illum, tam gravi crimine (hæresis) condemnare. Nec text. in L. 5. ff. de Pœnis, l. fin. C. de Probation. ubi in criminalibus requiruntur probationes liquidissimæ, & luce Meridiana clariore: Hi enim, & alij Textus similes non obstant: quia quando contra aliquem stant præsumpciones vehementissimæ, & violentæ, ipse pro convicto habetur, & contra ipsum habetur probatio luce Meridiana clarior respectu illius delicti, quod vix aliter posset puniri, ob ejus naturam. At verò ubi gravius est delictum vehementiores præsumpciones sunt necessariae, arg. c. 3. de Elect. in 6. ibi: Ubi periculum majus intenditur, ibi proculdubio est plenius consulendum. Quando verò agitur de poena capitali non sufficit ad condemnationem præsumpcio, etiam violentissima: nam semper est compatibilis cum falsitate: quod**

fal-

saltem in nostra Hispania servandum est. *L. 7. tit. 31. p. 7. ibi: Non se deben los juzgadores rebatar à dar pena à ninguno, por sospechas, nin por señales, nin por presumpciones.* *L. 26. tit. 1. p. 7. ibi: La persona del ome es la mas noble cosa del Mundo: è por ende decimos, que todo juzgador que oviere à conocer de tal pleyto, sobre que pudiesse venir muerte, è perdimiento de miembro, que debe poner Guarda muy asin cadamente, que las pruebas que recibiere sobre tal pleyto, que sean leales, è verdaderas, è sin ninguna sospecha: è que los diébos, è las palabras que dixeren firmando, sean ciertas, è claras, como la luz, de manera, que non pueda sobre ellas venir dubda ninguna. E si las pruebas, que fuesen dadas contra el acusado, non dixessen, è testiguassen claramente el yerro sobre que fue hecha la acusacion, è el acusado fuesse ome de buena fama, debelo el juzgador quitar por sentencia. E si por aventura fuesse ome mal ensemado: è etroso por las pruebas fallasse algunas presumpciones contra el, bien lo puede estonce facer atormentar de manera que pueda saber la verdad del. Et ibid. Greg. Lop. qui ait: Quod ex indicijis indubitatis debet fieri tortura acerrima. Ceval. Com. q. 337. Acced. in l. 1. tit. 19. lib. 5. R. C. n. 6. Hevia in Cur. Philip. p. 3. §. 15. n. 18. 198. Quamvis semper ad arbitrium Judicis sit recurrendum, ut declaret quamnam præsumpcionem, seu indicia, hic & nunc sint levia, vel gravia, violenta, seu vehementissima: quod pro varietate personarum, temporum, locorum, aliarumque circumstantiarum definit: tamen ex sequentibus regulis, quas afferunt jura, & DD. alia pro casibus particularibus emergentibus possunt inferri, ita tamen ut consideretur, quod qua non presunt singula, cuncta juvant. Sic ergo si solus cum sola, nudus cum nuda in eodem lecto jacens inveniatur, copula præsumpitur. *c. 12. b. t.* nisi sint consanguinei, præcipue pater, & filia, frater, & soror. Si masculi, etiam extranei, nudi reperiuntur in eodem lecto non est violenta præsumpcio commixtionis Sodomiticæ, præcipue in nostra Hispania, ubi hoc peccatum abominabile est: nisi forte alia indicia hoc suadeant. *Molin. de Just. & jur. tr. 4. D. 15. n. 14.* Copula profecto præsumpitur, si aliquis juvenis occultus inveniatur in domo, in qua est pulchra mulier, vel si vir habeat soluta femoralia, & mulier recuset ostium clausum aperire. *Lacroix lib. 4. n. 1439.* contra cum, qui fastus est pecuniam accepisse, & hoc constat ex scriptura, si*

Tom. I.

intra biennium exceptionem non numerate pecunia, non opponat, præsumpitur eam numerasse. Qui iudicium declinat, nocens præsumpitur, innocens tamen, qui se iudicio offert. *c. 4. b. t.* Hinc fuga ante inquisitionem, vel accusationem facit præsumpcionem non levem commissi delicti: videtur enim ex conscientia criminis nati, post accusationem tamen aliqualem generat suspensionem: quæ alijs adminiculis accedentibus sufficit ad torturam. *arg. c. 4. b. t. Et ibid. Gonz. n. 3.* Si verò quis elusio carceri, in quo injuste detinebatur, fugiat, nihil ipsi talis fuga nocet: Si tamen iuste detinebatur, gravem talem præsumpcionem inducit talis fuga: & in nostra Hispania reus pro confesso habetur. *L. 7. tit. 26. lib. 8. R. C. ibi: Todo hombre que huyere de la cadena, oaya por bechor de lo que le fuere acusado.* *L. 39. Styl. Et ibid. Paz ex n. 8.* non tamen habetur pro delicti perpetratore, qui quamvis fugisset à carcere, postea rediit, multoque minus, qui à carcere fugit, ut se iudici Superiori sistat: imò ipse reus admittitur à Superioribus iudicibus, & datur provisio in forma contra Judices inferiores, ut non procedant contra eum, nec contra ejus bona. Et sic quotidie practicatur juxta *Didac. Perez, & Acced. in l. 7. tit. 26. lib. 8. R. C.* Non tamen ex quacunque fuga confessio delicti inducitur: sed solum, quando omnes in carcerati, vel major pars eorum conspirantes frangerunt carcerem, & fugerunt. *L. 13. tit. 29. p. 7. Et ibid. Gregor. Lop. N. Accordando se. Acced. ubi sup. n. 3.* Item qui ex duobus illatis alterum negat, reliquum assermare præsumpitur. *c. 5. b. t.* Item vicinus præsumpitur scire, quæ acciderunt in vicinia. *c. 7. b. t.* & ibidem sunt communiter nota, & a fortiori scire creditur, quod in loco remoto scitur. *c. 8. b. t.* Nullus itidem donare præsumpitur, quia nullus præsumpitur suum jactare. *L. 25. ff. de Probat.* Nec inter personas valde conjunctas præsumpitur incestus: nec delictum carnis præsumpitur de sene, qui in juventute contuit, maxime si est litteratus. *C. 15. b. t.* Deinde res nunc præsumpitur esse, sicut olim erat, nisi probetur mutata: sic termini confinium censentur nunc esse ubi olim erant. *L. 11. ff. Finium regundor.* etiam status rei pro tempore præterito in his, quæ temporis cursu non mutantur, præsumpitur pro futuro. *c. 9. b. t.* Et qui olim possedit aliquam rem, nunc ipsam ex eodem titulo possidere creditur. *C. 17. de Resitut. spoliator.* Item qui semel fuit Dominus ali-

Si

cu-

cujus rei, ejus dominus præsumitur, donec contrarium probetur, & illud, quod habuit in suis bonis pater, vel avus, in bonis filij, vel nepotis esse censetur. *L. 10. tit. 14. p. 3.* Et dispositio testatoris semel facta non censetur mutata. *L. 22. ff. de Probat.* & legatum relictum in institutione censetur in substitutione repetitum. *L. 74. ff. de Legat. 1.* filius legitimus in patria potestate esse censetur. *L. 8. ff. de Probat.* Et generaliter ex præteritis regulariter præsumitur ad futura. *C. 9. b. t.* Et conversatio in adolescentia facit præsumptionem in senectute. *c. 3. b. t.* Et hac ratione, qui de aliquo delicto accusatur, facit informationem de vita, & moribus ad computandam suspensionem, si quæ contra ipsum insurgit ex processu, & accusatione. *L. 3. §. 12. ff. de Re militar. L. 26. tit. 1. p. 7. Et ibid. Greg. Lop. V. de Buena fama. Hec in Cur. Philip. p. 3. §. 15. n. 19.* Etiam qui semel est malus, semper præsumitur malus. *c. 8. de Reg. jur. in 6.* intellige tamen cum com. DD. in eodem genere mali. Et qui Leges præteritas contempsit, & futuras contempturus creditur. *c. 9. b. t.* Et generaliter, semel bonus semper præsumitur bonus, nisi malus probetur. *c. 3. b. t.* dum talis præsumptio in tertij præjudicium non cedat, & si aliæ conjecturæ non præponderent in contrarium. Qui tamen agit male odit lucem, juxta veritatem Evangelicam. Ignorantia alicujus facti præsumitur, quando scientia non probatur. *c. 47. de Reg. jur. in 6.*

199 Similiter qualitas, quæ alicui naturaliter inest, semper adesse præsumitur. Non tamen præsumitur qualitas, quæ accidentaliter inest, sic non præsumitur, aliquem esse doctum, nobilem, Doctorem, vel Clericum. Et hinc quamvis non præsumatur quis nobilis, præsumitur sanguinem purum, & sine macula habere. Et generaliter in homine præsumitur id, quod suæ conditioni connaturale est: sic præsumitur in juvenibus facilitas, & ignorantia; *arg. L. 1. ff. ad S. C. Macedon. in feminis timiditas, imbecillitas, & loquacitas. L. 2. §. 2. ff. ad S. C. Vellejan. c. 10. de V. S. in senibus prudentia præsumitur. L. 5. ff. de Jur. immun.* observa tamen pro varietate ætatum varias præsumptiones ex Horat. in Art. Poetic. *Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores, mobilibusque decor naturis dandus, & annis. Reddere, qui voces jam sedit puer, & pede certo signat humum, gessit paribus colludere, & iram colligit, ac ponit temerè, & mutatur in boras. Imberbis juvenis tandem custode re-*

moto gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi, cœvus in vitium flecti, monitoribus asper, utillum tardus provisor, prodigus erit, sublimis, cupidusque, & amata relinquere pernix. Conversis studiis atas, animusque virilis querit opes, & amicitias: inservit honori, commississe cæcet, quod mox mutare labore. Multa senem circumveniunt incommoda, vel quod querit, & inotentis miser abstinet, ac timet uti, vel quod res omnes timide, gelidæque ministrat, dilator, spelongus, iners, avidusque futuri, diffidit, querulus, laudator temporis acti se puer, censor, castigatorem minorum. Deinde quilibet præsumitur liber, nisi probetur servus: quod & in prædij locum habet. *L. 9. l. 10. C. de Servitut.* Præterea quilibet præsumitur idoneus ad aliquem actum exercendum, si post inquisitionem vitium non appareat. *C. fin. b. t.* Parentes, & liberi, & conjuges vicissim se amare, præsumuntur. *L. 7. §. ff. de Rebus eorum. Et ibid. Gubhofer. L. 4. tit. 27. p. 4. ibi: Amistad de natura es la que ha el padre, & la madre con sus hijos, & el marido a su mujer.* Et expressit Poeta dum ait: *Omnis in Ascanio cbari stat cura parentis.* Et hinc in dubio ex tali amore potest in ferri paternitas, & filiatio, ut Salomon probavit. *3. Reg. cap. 3. c. 2. b. t. L. 8. tit. 14. p. 3.* Item quando in eodem naufragio simul duos perierit, præsumitur, quod si nex perijt ante juvenem, impubes ante matrem, mater ante puberem, uxor ante maritum, infirmior ante fortiorum. *L. 22. l. 23. ff. de Reb. dubijs.* Nec ullus post centum annos vivere præsumitur. Nec delictum præsumitur, nisi probetur. *L. 51. ff. pro socio.* Hinc si in carcere inveniantur cadaver alicujus rei non confessi, nec legitime convicti, morte naturali præsumitur mortuus, ac proinde non est privandus Ecclesiastica sepultura: quod si inveniantur laqueo suspensus, aut alia adsint signa mortis violentæ, censetur à se ipso, vel à Demone occisus. *Lacr. lib. 4. n. 1477.* Quando ex duobus digladiatoribus unus occubuit, præsumitur fuisse aggressor. Et servus delinquens, sine consensu Domini deliquisse censetur; *arg. L. 2. ff. de Noxal. action.* In possidente, nisi jus possessioni illius resistat, bona fides præsumitur, nisi alius sit antiquior possessor, vel aliter probetur mala fides. *L. 30. C. de Eviction.* In dubio præsumitur pro Principe, & pro Judice. *L. fin. C. de Offic. Civil. jud. c. 7. de Probat.* Electus ad aliquod munus, vel officium dignus præsumitur. *C. 14. l. 1. q. 3.* Doctor doctus censetur. *L. unic. C. de Pro-*

fessor. qui in Urb. Artifex, peritus in sua arte creditur. *L. 6. C. de Re Militar. & Officialis, & in arte peritus præsumitur recte suis officijs fungi.* Quando dubitatur, an in judicio rite processum sit, præsumitur pro iustitia processus. Si dubitetur in aliquid metu, vel sponte factum sit, non metu, sed sponte factum præsumitur; *arg. L. 2. C. de His qui vi.* Denique in quorumque casu dubio ad præsumptionem faciendam debemus præ oculis habere, quod nos docet. *Text. in c. 2. de Reg. jur. ibi: Ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant in meliorem partem interpretemur.* Et hac ratione, si Clericus amplectatur mulierem, vel etiam eam deosculetur, potius ex amore honesto, quam ex animo fornicario hoc procedere credendum tenent. *Mascard. & Lacr. lib. 4. n. 1439.* Sed hoc plurimum ex circumstantijs pendet. Deinde, quando quis facit, quod sibi prodeit, & alteri nocet, præsumitur uti jure suo, ac proinde non creditur animo injuriandi, vel nocendi hoc facere: nec calumnia præsumitur in eo, qui ex necessitate officij accusat, vel denuntiat. *L. 2. C. de His, qui accusant.* Hoc tamen locum habet tantum in actibus indifferenteribus, vel etiam in illis, qui licet speciem mali gerant, possunt hic, & nunc in meliorem partem interpretari, non verò in illis, qui secundum se mali sunt, ut dicitur in dicto *c. 2. de Reg. jur. ibi: Quod enim scriptum est: ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri, ut suprum, blasphemie, ebrietates, & similia, de quibus nobis permittitur judicare: ac propterea quando de delicto constat, hoc esse dolo commissum præsumitur: c. 1. b. t. ibi: Sicut noxius est, qui mittit lanceas, & sagittas in montem, ita vir, qui fraudulentè nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus dicit: ludens feci.* Et ibid. DD. alias delicta frequentiter manerent impunita. Si verò probaretur, quod casu, errore, vel violentia illud accidit, & præter agentis intentionem: posset profecto excusari. Nam voluntas, est quæ distinguit delicta. *L. 20. C. ad L. Jul. de Adult. C. 10. §. 2. q. 5. ibi: Sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit, & c. quini modo in aliquibus delictis ipse affectus, & conatus ad delictum, etiam si hoc non sit opere consummatum, punitur, tanquam si opus esset perfectum. Quod quidem hodie solum habet locum in delictis atrocioribus, & quidem quando delinquens pervenit ad actus valde proximos ad ipsum delictum, & ejus perfectionem, seu*

consummationem, ita ut per delinquentem non stet, quominus periciatur. Ita in nostra Hispania punitur conatus ad Sodomiam, etiam si hæc non consummatur. *L. 1. tit. 2. lib. 8. R. C.* Similiter punitur affectus ad prodicionem, si in factum, vel dictum prorupit. Conatus ad homicidium per venenum, si hoc fuit paratum, vel saltem propinatum; Conatus ad homicidium ex insidijs committendum, si saltem ad vulnus grave pervenit. *L. 2. tit. 23. lib. 8. R. C.* sed licet Judex in his casibus possit imponere poenam ordinariam, imo & aliquando teneatur; tamen sæpe multum pendet ab ejus arbitrio mitigare poenam. *L. 2. tit. 3. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. & Acevedo. in L. 2. tit. 23. lib. 8. R. C. Gonz. in c. 1. b. t. ex n. 7.* Lucusque retuli varia præsumptionum exempla, quæ à jure, & DD. communiter asseruntur, licet plura ex his in idem, sub diversis tantum vocibus, recidant, sed ex hoc ipso major claritas ad diversos casus habetur, & ideo ea omittere nolui. Quod si duæ præsumptiones contrarie concurrant, tunc etiam alia juris sit & alia hominis; validior, & fortior prævalet. *C. 3. Qui filij legit. L. 7. ff. de in Integrum restit.* Quippe una præsumptio alia præsumptione eliditur. *Sic ara eliditur arte.* Et omnes præsumptiones, adveniente veritate evanescent. Ut verò sciatur, quænam fortior, vel validior sit, & quænam per consequens subleat hic, & nunc, quando aliquod dubium circa hoc insurgit: hæc regulæ quasi reflexæ debent attendi. 1. cæteris paribus fortior habetur præsumptio, quæ stat pro actus valore. *L. 12. ff. de Reb. dub. 2. benignior debet rigidiore prævalere. L. 56. ff. de Reg. jur. C. 49. eod. in 6. 3. specialior generali derogare censetur. C. 34. de Reg. jur. in 6. 4. juri conformior prævalet illi, per quam jus aliquomodo corrigitur; *arg. C. 29. de Elect. in 6. 5. præsumptio juris cæteris paribus hominis præsumptione est validior; arg. C. 1. de Constitut. 6. honestior, & delictum excludens prævalet contra eam, ex qua delictum inferitur; arg. L. 51. ff. Pro socio. 7. quæ pro reo est favorabilior censetur, quam ea, quæ est pro actore. L. 125. ff. de Reg. jur. 8. illa, per quam animæ magis consulitur, magis debet attendi; arg. C. 12. de Spons. Denique in quocumque dubio debet præferri præsumptio, quæ est verisimilior ei, quæ talis non est: & quod plerumque fieri consuevit, *C. 45. de Reg. jur. in c. 6.* Alia plura sunt in hac materia, de quibus latissime Menoch. de Præsumptionibus. & alij.**